



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Concilivm Rhemense, In Qvo Carolvs Simplex Filivs Ludouici Balbi
Francorum regni legitimus successor a Fulcone Rhemensi episcopo, Odone
comite qui tyrannice regnum inuaserat reiecto, rex Francorum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

CONCILIVM RHEMENSE, ANNO CHRISTI
IN QVO CAROLVS SIMPLEX FILIVS

Ludouici Balbi Francorum regni legitimus successor
a Fulcone Rhemensi episcopo, Odone comite qui
tyrannice regnum inuaserat reiecto, rex Francorum
vngitur, & datae sunt comminatoriae literae ad Baldui-
num comitem Flandrensem rerum ecclesiasticarum
inuasorem, anno Domini DCCCXCII. tempore For-
mosi papæ.

NOTA IACOBI SIRMONDI
SOCIETATIS IESV.

* *Concilium Rhemense.*] Arguebatur Balduinus, quod presbyterum flagellarat, quod basilicas presbyteris quibusdam abstulerat, aliisque dederat inconsulto episcopo, quod Nouiomensis ecclesiae inuaserat, & monasterium quoddam sibi usurparat, quod denique contra regem insurrexerat. Hæc enim, Flodoardo teste, capita sunt epistolæ, quam Fulco Balduino eidem post Synodum scripsit.

NOTA.

Contilii
causa.

Carolus
a Fulcone
Rhemensi
episcopo
vngitur
rex.

* *Concilium.*] Cum Odo comes Parisiensis titulum regni Franciæ ab obitu Caroli Crassi imperatoris, qui teste Reginone anno Domini 888. ex hac vita migravit, hucusque tyrannice usurpat, regiaque potestate abusus fuisse, neque ante hæc tempora Carolus Simplex heres vnicus regni hereditarii superstes, per ætatem ad clauum imperii tenendum satis aptus fuisse, iussu Fulconis conuenerunt episcopi & proceres regni, atque vnanimi consensu definierunt, regnum Galliæ haec tenus per successionem ad proximos heredes agnatos deuolutum fuisse, ideoque non alii quam Carolo Simplici filio Ludouici Balbi de iure & consuetudine antiquissima deberi. Post exauktoratum ergo Odonem Parisensem comitem Carolum Fulconi inungendum tradiderunt. Cumque hac de causa Fulco Arnulphum contra se valde commotum esse intellexisset, scribens ad eum literas (quas summatim recenset Flodoardus huius temporis scriptor probatissimus) causas reiecti Odonis & electi Caroli Simplicis, aliaque, quæ supra recensita sunt, commemorat. Verba Flodoardi libro quarto capite 1. & sequentibus ista sunt: *Quod Fulco Arnulpho regi transrhemensi literas mittens pro causa regis Caroli, quem parvulum adhuc uxerat regem, reddit causas eius provectionis, eo quod audierat, motum fuisse animum ipsius Arnulphi contra se pro hac perpetratione; commemorans quod decadente Carolo imperatore huic Arnulphi auunculo, in ipsius Arnulphi seruitium fuerit profectus, cupiens eius suscipere*

ANNO CHRISTI 891. dominium & gubernationem, sed ipse rex eum sine ullo consilio vel consolatione dimisit. Vnde cum nec in eo sibi spes villa remansisset, coactus est eius dominis, videlicet Odonis dominatum suscipere, qui a stirpe regia existens alienus, regali tyrannice abusus fuerat potestate, cuius & iniurias hactenus dominium sustinuit. Et quoniam huic Arnulphi dominium desiderauit, idcirco ad ipsius seruitum profectus fuerit. At postquam nullum consilium in eo reperire valuit, hoc solum quod restabat egit, eligens eum regem habere, quem solum post ipsum de regia habebant progenie, & cuius predecessores & fratres extiterant reges.

De hoc etiam, quod idem rex Arnulphum in culpam trahebat, quare non id ante fecissent, reddit rationem: Quod quando Carolus imperator decepit, & idem Arnulphus regimen huic regni suscipere noluit, hic Carolus adhuc admodum corpore simul & scientia parvulus existebat, ac regni gubernaculis inidoneus erat, & in flante immanissima Northmannorum persecutione, periculoso erat tunc tenerum eligere. Ut vero ad eam viderunt illum perductum etatem, in qua salubre sibi consilium dantibus assensum prebere nouerat, suscepserint eum secundum Dei honorem, ut regno consuleret, volentes eum ita instituere, quatenus huic regno & ipse Arnulpho proficuus valeret existere. De eo quoque quod sine ipsius Arnulphi consilio presumpserint hoc agere, morem Francorum gentis afferit secutos se fuisse, quorum mos semper fuit, ut rege decedente, alium de regia stirpe vel successione sine respectu vel interrogatione cuiusquam majoris aut potentioris regis eligerent. Hoc more hunc regem factum ipsius fidelitati & consilio committere voluerunt, ut ipsius adiutorio & consilio uteretur in omnibus, & eius subderetur tam rex quam uniuersum regnum preceptis & ordinationibus.

Praterea quod audierat huic regi suggestum, quia contra fidelitatem ipsius, & propter priuatum hoc egit commodum; infert, quod clericus ipse, qui haec iactasse videbatur, antequam de re huicmodi aliquid idem archiepiscopus agere conaretur, venerit ad se, presentibus Hereberto & Elfrido comitibus, & consilium simulque auxilium quiescerit quid agere deberet de iussionibus Odonis, qui res importabiles ei precipiebat. Ex parte quoque filiorum Goffredi consilium petierit de malo, quod Odo eis facere conabatur: rogare itaque, ut tale caput communis consilio statueretur, per quod securi possent esse subditi, intendentis vel in VVidonem, vel in hunc regia prosapia Carolum: & simul considerantes quotquot fuerant, ad quem melius attendere deberent, vi sum illis est propter acquirendi regis utilitatem, & ipsius Arnulphi auendam contrarietatem, propterque rectum congruumque regi generis principatum, ut ad hunc Carolum se conuerterent, credentes quia Arnulphus hoc de propinquuo suo gratum haberet, ipsique & regno praesidium ferret. Quod autem iactatum audierat causa VVidonis hoc eum fecisse, ut hac arte illum subintroduceret in regnum, & dimisso parvo Carolo se verteret ad VVidonem, afferit liuore inuidiae contra se scinderet hec falso fuisse iactata. Ait etiam quod qualis erat ipse, qui talia diffamabat, talem eundem posse fieri sentiebat; ipse vero non se talem fore, nec talibus ortum natalibus recognoscet. predecessores quoque ipsius regis nequaquam talia ingenia a progenitoribus.

suis experit fuerant, quos in omni fidelitate & regni utilitate probatos habuerint, ideoque honorifice illos sublimauerint: quapropter erubescendum eidem regi fuisset, ut hoc de se crederet, vel infamia se tali notaret.

Denique de hoc quod audierat ipsi Arnulpho dictum fuisse, quod hic Carolus filius Ludouici non fuerit: affeuerat, neminem se posse credere fore, qui eum si viderit, & parentem ipsius agnouerit, non agnoscat illum de regali processisse progenie: quadam etiam signa Ludouici patris sui gestare, quibus agnoscatur filius illius fuuisse. Poposcit ergo Arnulphi regiam maiestatem, ut hec vera dignanter accipiat, nullusque animum ipsius contra regem innocentem propinquum suum commouere valeat. Sed utrum hec quae asserit ita se habeant, in sua presentia fideliumque suorum examinari faciat, & ad debitum finem perducat, cogitans qualiter antecessores sui regni statum gubernauerint, & quomodo regalis culminis successio semper hucusque viguerit. Cum vero ille tantum princeps Carolus de tota regali stirpe remanserit, perpendat quid contingere possit, si eum debitus cunctis casus repoposcerit: cum tot iam alieni a stirpe reges existant & adhuc sint plures, qui sibi regium nomen affectent. Quis post ipsius decessum iuuabit eius filium, ut ad debitam sibi regni consendant hereditatem, si contigerit hunc sibi propinquum cadere Carolum?

Annectit etiam quod in omnibus pene gentibus notum fuerit, gentem Francorum reges ex successione habere consueuisse, proferens super hoc testimonium beati Gregorii. Subiicit etiam ex libris Teutonicis de rege quadam Hermenrico nomine, qui omnem progeniem suam morti destinaverat impiis consiliis cuiusdam consiliariis sui. Supplicatque ne sceleratis his rex acquiescat consiliis, sed misereatur gentis huius, & regio generi subueniat decidenti, satagens ut in diebus suis dignitas successionis sua roboretur: & ii qui ex alieno genere reges extabant, vel existere cupiebant, non preualerent contra eos, quibus ex genere honos regius debebatur. Afferitque se misse Aleranum ad eundem Arnulphum, suggestendo, ut quoscumque sibi placeret, ex iis qui Carolum regem constituerant, in suum seruitium pergere preciperet, qui coram sublimitate ipsius hoc ita esse taxationabiliter ostenderent. Flagitans etiam erat, ut hec premissa benigno rex tractet animo, & hanc sciat ipsius esse devotionem, vel intentionem erga ipsius fidelitatem, ut Carolus ad ipsius consilium in omnibus que acturus est, respiciat, & ipsius pietate tutus constat, & ut nemo regis animum ab auxilio istius regni, veleiusdem Caroli deflectere valeat.

Porro ex hac eadem Rhemensi Synodo scriptum fuisse ad Balduinum comitem Flandrensem inuidentem res ecclesiasticas liquet. ad quem etiam Fulconem antea scripsisse, idem Flodoardus affirmat, cum subdit: Scripsit post Hincmarum Fulco Balduino comiti Flandrensi, redarguens eum pro eo quod monasterium monachorum sibi usurpauerat, & insurrexerat contra regem infidelitate & perjurio. Item ad eundem scribens cum coepiscopis suis ex Synodo Rhemis habita anno octingentesimo nonagesimo secundo, arguit cum quod ecclesiastica simul & legalia iura contemneret, locum sacri monastici ordinis peruidens, & abbas sibi nomen usurpans. Vnde communis decreto episcoporum iudicatum fuerat eum auctoritatis canonice anathemate feriendum. Sed quoniame eccl

Flodoardus
lib.4.c.7.

eccl^a & publicis utilitatibus regni videbatur accommodus, censura sus-
penditur, & emendandi spatium reseruatur, & obsecratur permisericor-
diam Dei ut ab hac presumptione animum reuocet, nec amplius iram Dei
contrasē prouocet, ne illi quodammodo gladium praebeat.

ANNO CHRISTI 893. CONCILIVM ROMANVM
OB GRAVES PERTVRBATIONES, QVIBVS
affligebatur Dei ecclesia, celebratum Kalendis Martiis inductione II. anno Domini DCCCXCIII. tem-
pore Formosi pap^x.

N O T A.

* *Concilium.*] Rerum in hac Synodo gestarum nihil aliud superesse videtur, nisi quod Flodoardus scribit libro quarto cap. 2. vbi epistolam Formosi de hac Synodo congreganda ad Fulconem transmissam summatim recenset his verbis: *Cui Fulconi rescribens idem pa-
pa Formosus, monet eum compati debere Romana eccl^a, atque immin-
entie eius subuenire ruine, nec ei suam presentiam denegare: adiungens
hereses vndeque ac schismata pullulare, nec qui ad resistendum occurre-
ret esse. Dicitque longo retroacto tempore perniciose hereses orientem con-
fundere, & Constantinopolitanam eccl^a nocua schismata per turba-
re, simul etiam regionis Africana legatos insistere, responsa petentes pro-
dudum exorto inter episcopos ipsarum provinciarum schismate: diuersarum
quoque partium legationes diuersa responsa petentes instare. Cuius
reigratia generalem Synodus die Kalendarum Martiarum inductionis
undecima se inchoare disposuisse, ad quam cumdem remota omni dilatio-
ne admonet festinare, ut colloquendo largius de his valeant pertractare,
& affluentius ad consulta singula respondere. Noribmannica gentis pro-
cellis, quibus asserebat se perturbari, plurimum dolere; & ut eos Excelsti
dextera reprimat, apostolorum principum suffragis interuenientibus im-
plorare; literas vero quas significauerat ad eum per quasdam personas pri-
mum se direxisse, ad ipsum minime peruenisse. Misera etiam alias pro
hac eadem Synodo celebranda pridem* hinc mense inductionis decima; in
quibus literis fatetur Italiam tunc semel & secundo horrida bella perse-
sam & pene consumptam. Orientalium vero partium se deflere vesanam
heresin in Christum Iesum blasphemiam continentem.*